

Oritur haec quaestio circa mentem S. Thomae. Dupliciter enim concipi potest processio amoris in divinis: uno modo, sicut supra expositum est, ut amor emanat intra conscientiam et vi conscientiae verbo determinatae

modus metaphysice determinatus: non adhibentur ad determinationem modi nisi notiones metaphysicae, uti idem et aliud, potentia et actus, absolutum et relativum.

modus naturaliter determinatus: determinatur modus per ea quae ad aliquam naturam pertinent, uti processio physica, chemica, vitalis, sensitiva, intellectualis, ~~et~~ angelica, divina.

~~modus analogice determinatus determinatur determinatur~~

modus naturaliter sed analogice determinatus: determinatur modus superioris naturae mediate cognoscendae secundum modum inferioris naturae immediate cognitae.

processio divina: qua oritur Deus ex Deo.

emanatio intelligibilis: conscia origo actus realis, naturalis, consci ex actu reali, naturali, conscio, tum intra eandem conscientiam intellectualem, tum vi ipsius conscientiae intellectualis actu principiante determinatae.

Termini illustrantur:

Processio ad extra illustratur per factionem, creationem, generationem animalem. Aliud enim est animal gignens, aliud ~~et~~ animal genitum. Aliud est creans, et aliud est creatum. Aliud est faciens, et aliud est factum. Quae tamen processiones inter se differunt, quatenus generatio est ex aliquo gignentis sed ex nihilo geniti, creatio est ex nihilo creantis et ex nihilo creati, factio est ex nihilo facientis sed ex aliquo facti (ex materia praesiacenti).

Processio operationis illustratur per visum et videre: visus enim est potentia visiva, imperfecta et perfectibilis; videre autem est actus qui oritur in et ex potentia visiva estque eius perfectio.

Processio operati illustratur per videre et appetere; ~~app~~ actus enim est videre appetibile; et alius actus est appetere appetibile;

typ. praeciti

porro, hic actus ex illo oritur, nam appetibile apprehensum movet appetitum; quae origo est ad intra, nam in eodem subsistente est et intra eandem conscientiam, non tamen in eadem facultate seu potentia.

Iterum illustratur processio operati per intelligere et verbum incomplexum (definitio, hypothesis, theoria). Nam actus quidam<sup>a</sup> est rem definire; et alius actus est perspicere intelligibile in sensibilibus; porro, ex hoc actu oritur ille, nam ideo definire possumus et ideo definimus quia intelligibile in sensibilibus perspicimus; quae origo est ad intra, nam est in eodem subsistente, intra eandem conscientiam, et in eadem facultate.

Iterum illustratur processio operati per intelligere et verbum complexum (iudicium). Nam actus quidam est iudicare rem ita se habere; et alius actus est perspicere evidentiam sufficere ut iudicemus; porro, ex hoc actu oritur ille, nam ideo debemus iudicare atque rationaliter iudicamus quia evidentiam sufficere <sup>¶</sup> perspicimus; ~~nam iterum illustratur processio~~ qua origo est ad intra, nam est in eodem subsistente, intra eandem conscientiam, et in eodem intellectu possibili.

Iterum illustratur processio operati per iudicium practicum et electionem voluntatis. Nam actus quidam est eligere; et alius est actus quo iudicamus quod convenit, decet, oportet, <sup>vel</sup> prodest ita <sup>¶</sup> eligere; porro, ~~nam iterum~~ ex hoc actu oritur ille, quia voluntas est appetitus sequens intellectum, seu appetitus rationalis, qui non agit nisi propter et secundum motivum intellectu cognitum; et haec origo est ad intra, nam est in eodem subsistente, intra eandem conscientiam, etsi non in eadem facultate.

~~Processio per modum operati est processio excogitata ad exprimendam processionem divinam; quam processionem exprimit praecellens in quantum mysterium est, i. e., in quantum et (1) unius est Deus et tamen (2) vere et realiter Deus ex Deo est.~~

lipi picec.

Attamen, cum homo non solum rationalis sit sed etiam animal, non solum in propriam naturam suae cognitionis inquirat, ut inquisitam intelligat, et intellectum inferioribus verbis dicat, et per vera dicta realitatem suae cognitionis contempletur, sed etiam arduum hoc atque longius opus omittere potest, ut per imaginationem videntis et obiecti visi, quid sit cognitio, se certo scire opinetur.

Et ita procedit argumentum Scoti supra narratum. Asseritur Deum Patrem perfecta obiectivitate se cognoscere. At haec perfecta obiectivitas adeo non concipitur tamquam omnimoda identitas ut statim introducatur falsum suppositum: ex una parte sistitur obiectum visum; ex alia parte sistitur subiectum videns obiectivitas non concipitur, uti est, omnimoda identitas et dissimilitudin dissimilitudinis absentia

Attamen, cum homo non solum rationalis sit sed etiam animal, non solum in propriam naturam suae cognitionis inquirat, ut inquisitam intelligat, et intellectam interioribus verbis dicat, et vera dicta realitatem suae cognitionis contempletur, sed etiam arduum hoc atque longius opus omittere potest, ut per imaginationem videntis et obiecti visi, quid sit cognitio, se certo scire opinetur.

Et ita procedit argumentum Scoti supra narratum. Asseritur Deum Patrem perfecta obiectivitate se cognoscere. At alia secundum veritatem et alia secundum imaginationem est perfecta obiectivitas. Secundum veritatem perfecta obiectivitas divinae cognitionis Dei est omnimoda identitas et dissimilitudinis absentia. Secundum imaginationem autem tollitur omnimoda identitas ut separentur Deus Pater videns et Deus Pater visus; et tollitur dissimilitudinis absentia ut ponatur similitudinis praesentia. Quibus suppositis, necessario sequitur distinctio formalis a parte rei. Nam Deus Pater scit divinitatem et paterinitatem ratione inter se distingui; et secundum supposita Scoti quod Deus Pater scit,

Proinde, ubi praesupponuntur veritates fidei et veritates rationis, stricte deducuntur problemata, e. g., Deum Filium esse et a se et non a se. Iterum, ubi praesupponuntur tum problemata tum solutio problematis fundamentalis, fere deducitur solutio caeterorum problematum eiusdem tractatus; et sic in sequentibus, intellecta divina processione, concluduntur relationes subsistentes; quibus conclusis, concluduntur personae; et ita porro. Sed alterius prorsus generis est solutio problematis fundamentalis, cum haec solutio fieri nequeat per scientiam, quae est de conclusionibus, possit, non per spe problematis fundamentalis

Quinto, quamvis intelligentia theologica eiusque expressio neque vera sit neque falsa, dupliciter tamen ei accedit ratio veritatis: primo modo, ex antecedentibus quatenus ipsa est verorum intelligentia, eorum nempe quae divinitus revelata et ab ecclesia proposita per fidem suscepta sunt; altero modo ex consequentibus quatenus neque in errores conduit neque in veritatis obscurationem sed ea quae credimus et penetrando illuminat et coniungendo confortat.

Sexto, comparatur  $\pm$  intelligentia theologica ad  $\mp$  veritates fidei sicut principium solutionis ad problema.

Principium est primum in aliquo ordine.

Ordines, quos attendi oportet, sunt naturalis et supernaturalis; et in utroque alius est ordo problematis, et alius solutionis.

In ordine naturali praeincipia problematis sunt principia communia: ea scilicet principia quae naturaliter cognosci dicuntur cum ad ipsam constitutionem intellectus inquirentis et dubitantis pertineant; quae defenduntur tamquam conditiones possibilitatis cuiuslibet inquisitionis vel cognitionis humanae; quorum obiecta sunt, non haec vel alia natura, sed ipsa transcendentalia uti intelligibile, unum, verum, ens, bonum.

Et in primis intelligentia theologica non conducit in principia  
communia sed ea praesupponit. Communia enim dicuntur principia  
quae pariter in omnibus scientiis adhibentur; quae naturaliter  
cognosci dicuntur cum ad ipsam constitutionem intellectus inquirentis  
et reflectentis pertineant; quae defenduntur tamquam conditiones  
possibilitatis cuiuslibet inquisitionis vel cognitionis humanae;  
quorum obiecta sunt non haec vel illa natura sed ipsa transcendentalia,  
nempe, intelligibile, unum, verum, ens, bonum.

Praeterea, intelligentia theologica ita ad principia propria  
conducit ut ea tamen ex perspecta rei essentia non ~~deum~~ hauriat.  
Et primo ad aliqua principia conducit, nam intelligentia est de  
principiis. Deinde, ad principia propria conducit, nam theologia  
est particularis quaedam scientia non metaphysica generalis  
sed particularis quaedam scientia quae de Deo tractat. Tertio,  
intelligentia theologica Deum cognoscit, non per essentiam uti  
in visione beata, sed mediate, imperfecte, analogice.



Quinto, quamvis intelligentia theologica eiusque expressio neque vera sit neque falsa, dupliciter tamen ei accedit ratio veritatis: primo modo, quatenus ipsa est veri intelligentia, illius nempe veri divinitus revelati, ab ecclesia propositi, iam et fide suscepti; altero modo, quatenus ipsa est vera veri intelligentia

¶ Quinto, quamvis intelligentia theologica secundum se neque vera sit neque falsa, aliunde tamen ei accedit veritatis ratio, et hoc dupliciter: primo modo, quatenus vera sunt quorum intelligentia est; altero modo, quatenus vera intelligentia est eorum quae vera sunt. Quare, primo considerare debemus quemadmodum se habeat intelligentia theologica ad veritates fidei

Quinto, quamvis intelligentia theologica secundum se neque vera neque falsa sit, dupliciter tamen ad verum comparatur: primo, ad veritatem fidei cuius est intelligentia; deinde, ad veritatem theologiam si quidem vere intelligat<sup>1</sup> veritatem fidei.

Comparatur ergo intelligentia theologica ad veritatem fidei sicut principium solutionis ad problema

Processio operationis, operati, per modum operati. Dividuntur processiones ad intra, seu ex principio intrinseco, secundum comparisonem inter principium et principiatum.

Processio operationis est ubi comparatur principium ad principiatum sicut potentia ad actum. Ita ex visu oritur actus videndi; sed visus comparatur ad actum videndi sicut potentia ad actum; et ideo processio est operationis.

Processio operati est ubi comparatur principium ad principiatum sicut actus ad actum. Ita ex actu quo delectabile videtur oritur actus appetendi; appetibile enim & apprehensum movet appetitum; sed ~~appetere~~ videre comparatur ad appetere sicut actus ad actum; et ideo processio actus appetendi ex actu videndi est processio operati.

Ad processionem operati exigitur ergo ut (1) actus oriatur ex actu et (2) uterque actus sit in eodem subiecto. Sed hoc subiectum dupliciter intelligi potest: uno modo, metaphysice, ut subiectum intelligatur non solum eadem substantia sed etiam eadem potentia eiusdem substantiae; alio modo, psychologicè, ut subiectum sit subiectum conscium et uterque actus fiat intra eandem conscientiam. Si modo metaphysico intelligitur processio operati, processio appetitionis ex visione delectabilis non est processio operati quia alia est potentia visiva et alia est potentia appetitiva. Sin autem modo psychologico intelligitur processio operati, processio appetitionis ex visione delectabilis est processio operati; idem enim subiectum conscium et videt et appetit; appetit quia videt; et tam appetere quam videre manent in agente et quidem intra ~~una~~ eandem conscientiam.

Et nos rem intelligimus modo psychologico, tum quia analogiam quaerimus psychologicam, tum quia in Deo nulla est potentiarum distinctio realis, tum propter auctoritatem S. Thomae; de cuius mente vide quaestionem annexam IV, infra <sup>pp.</sup> 87 ss.

pro processio  
→